



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

XV. De legibus Ecclesiasticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

steris egredierentur, & mutata veste, huc & illuc incogniti circumcurrerent, unde gravissima incommoda in monasteriis oriebantur; hæc causa Pontificem induxit, ad condendam constitutionem, quæ incipit *ut periculosa*, & habetur *tit. ne clerici*, in 6. in qua, excommunicatur religiosus, qui temerè vestem suam abiecit: porro hujus constitutionis occasione de multis Canonice consulti sunt, verbi gratia, utrum religiosus, qui vestem deponeret in cubiculo, ut commodius luderet, incurreret in præfata excommunicationem; Canonistarum pars maxima negavit incurrere; item utrum religiosus, qui votorum suorum & conditionis oblitus, vestem deponeret, ut in lupanar se conferret, prædictæ Bullæ vi, excommunicaretur; affirmant plerique; alii responderunt, peccatum quidem illum graviter contra votum, pertinere ac si cum habitu esset; verum non incursum in excommunicationem latam *dicto cap. ut periculosa*, quandoquidem hæc Bulla contra impudicos minime lata esset, sed contra errabundos, qui vestem deponunt, ne in urbibus & provinciis multi sunt auctores, ut Sayrus *lib. 3. de censur. cap. 13. num. 11.* Tabiena *verb. excommunicatio. 1. casu 23. quest. 1. num. 2.* Barbosa, Sanch. *lib. 6. in Decalog. cap. 8. n. 54.* Suarez *tom. 5. in 3. part. disp. 23. sect. 4. num. 3.* Sed jam ad tertium caput venio.

Diana *tom. 5. tract. 13. resolut. 39.* discutit dubium de obligatione religiosi ex ordine Minorum ad Episcopatum assumpti, ibique refert duas opiniones; Prima docet, Episcopum illum teneri voto suo victus quadragesimali; quod maxime hujus sententiæ auctores ex eo probant, quod tres Pontifices scilicet Paulus V. Gregorius XV. & Urbanus VIII. dispensationem recusant, aut se recusaturos minati sunt. Secunda quam Diana sequitur, docet, non teneri; & post laudatos utriusque opinionis fautores, respondet ad argumentum illud à prædicta responsa petum, & negat, à tribus illis Pontificibus opinionem illam suam esse damnatam; cum in hac controversia, nihil profus definitum, sed ad summam opinionem contraria adherent. Quid ego de hac re sentiam, nihil est, quod dicam, hoc unum incho, in Gallia longè mitius agi cum religiosis ad Episcopatum assumptis, quam in Italia, idque usui recepto; nempe sinuntur testari, prædia acquirere, hereditatem ad consanguineos transmittere, nihil obstante voto paupertatis, quod in Italia non licet, nisi facultatem Pontifex concedat; immo in Hispania Cathedralis Ecclesia in demortui Religiosi bona succedit.

Aliud est, quod Dianæ opponunt adversarii, qui eum *ibidem resolut. 6.* tradidisset, Sacerdotem aliquid impiorum illusionis inter dormiendum perpessum non teneri de sequenti abstinere à sacro faciendo, licet rubricæ Missæ Romani abstinendum suadeant; citat Joannem Sancium pro hac sententia, qui cum sibi opposuisset, videri Pontificem, rubricarum approbatione, hoc idem suadere, respondet Pontificem in approbatione illa, loqui tanquam privatū Doctorem. Hæc responsio Dianæ non satisfacit, affirmanti, Pontificem pro Ecclesia universa, rubricas approbantem, loqui ut Ecclesiæ caput; alio igitur modo responderet, scilicet, non proterea Roman. Pontificem damnasse opinionem contrariam, quæ Sacerdoti nocturnam illusionem passio, faciendi sacri veniam concedit; dictum sanè innocentissimum omnino diversum ab eo, quod ab Adversariis viro doctissimo affectum est; quasi scripsisset, probabilem esse opi-

nionem, licet oppositum à Romano Pontifice definitum sit, cum tamen minime definitum sit, sed simpliciter approbatione decentis iudicatum, hinc consilium potius quam præceptum est.

CAPUT XV.

De legibus Ecclesiasticis.

ASSERUNT etiam Ecclesiasticæ leges, immixta observatione, antiquari; unde colliguntur summo piorum scandalo, licet Sacerdoti, ipso die sacris operari, quo gravi aliquo & obsecro crimine se obstrinxit; tantum, a iuncto, honoris ex officio missæ, ad Dei gloriam redundare, ut optandum esset, res omnes, sensus expertes, vel participes, bellaque ipsas in Sacerdotes converti, ad augendum illud sacrificium offerendum, quod tanti valoris est ut Sacerdos una vice pro duobus celebrans, duplum stipendium accipere queat.

REFELLITUR.

Rogari legem, & obsolescere de iure dicitur, modo hæc definitio tollendam obligationem tempore daret, non sine Principis notitia & tolerantia, hoc autem de lege positiva, qua indifferens quæpiam prohibetur, vel aliquid ad salutem per se minime necessarium imperetur, in hoc sacri canonis iure civili conveniunt; nam si quæ leges in veteribus libris posita jam per desuetudinem abierunt, modo vobis easdem ponere permittimus; hæc auctoritate C. de veteri iure enucleando. Et restitutum illud receptum est, ut leges non solum suffragio legum, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem derogentur; l. de quibus, ff. de legibus; & si quando Summi Pontifices declarant legem consuetudine non cedere, eam consuetudinem semper interpretantur, quæ rationalis est, & legitime præscripta, ut consuet. imò S. Thom. 2. 2. quest. 57. a. 3. expresse habet, consuetudinem habere vim legis; illa enim legem abolet, & est legum interpretatrix; & Capitan. 1. 2. quest. 97. a. 3. non oportet, inquit, postea incertum esse anticitate, vel illicitè introduci sit consuetudine, sine dubio inveniunt licite observari, vultu legum scripta, idem sentent omnes auctores alicuius nominis. Bartol. in l. de quibus ff. de leg. quest. 1. num. 6. D. Antonin. 1. p. tit. 6. cap. unico. s. v. res. ver. consuetudo. Gerson. 3. p. tract. de vita spiritali lect. 4. c. 1. 17. Navarr. conf. 2. de clericis non resident. num. 4. citare possem, ut Suar. Castro. Pal. Salas, &c. sed non re perspicua, frustra laborarem; nisi hæc suffragiant, consule Anton. Augustin. & Florent. ut dicitur ex hujus in 9. priores Gregorii IX. decretales prædictibus, fidei dogmata nunquam mutari; in disciplina, mutationem fieri posse; consuetudinem modo nihil contineat iniquum, potiorum habentur leges & canonibus; Gregorii Nazianzeni tempore, ipso eodem teste, Conciliorum canones jam deroguerant, quoniam illorum usus obsoleverat: consule Illustrissimum & omni literaturæ genere instructissimum D. De Marca, & ab eo discas, Nicolaum I. Pontificem se apud Episcopos Galliarum, ut Pontifici Episcopos decretales admitterent; qui ideo abnuere videbantur, quod

rand. Anell. Fraxinel. Vide item Cardinal. Delugo, diff. 19. num. 259. ubi multos citat; denique Urbani decretum, de quo supra, rem istam definit.

CAPUT XVI.

De Religiosis ejectis.

IESUITÆ docent, ejectum ex sua Religione, non teneri emendare suos mores, ut denuo admittatur, nec amplius Obedientiæ voto constringi.

REFELLITUR.

Equidem Navarrus consil. 51. de regular. & commentar. 2. num. 33. & 36. censet, ejectum per sententiam definitivam & absolutam, non teneri ad reditum, nec posse compelli per Superiorem Monasterii, ut redeat; quia, inquit, per sententiam illam, Religiosus definit esse membrum illius Ordinis, ac proinde eximitur ejus jurisdictioni; interpretatur autem cap. ult. de regul. de ejectis in justè & inordinatè, & non per sententiam definitivam; docet etiam, non teneri emendare sese, ut sit habilis ad reditum; quod ita intelligendum est, non quidem quod non teneatur corrigere mores suos, quatenus ad peccandum ipsum inclinans, omnes enim ad hoc tenentur, sed quatenus illum ad tale institutum religionis minus habilem reddunt; videtur possunt alii apud Dianam tom. 2. tract. 2. resol. 60.

Communis tamen & verior est sententia, ejectum teneri se corrigere, ac redire, quoties à Religione revocatur, eumque obstructum manere tribus votis essentialibus Religionis; ita Lessius lib. 2. cap. 41. num. 111. D. Bonavent. quest. 2. in Regul. S. Francis. Sylvest. v. religio 6. quest. 12. Sà v. relig. num. 40. Sanch. lib. 6. in Decalog. cap. 9. num. 25. L. ym. lib. 4. tract. 5. cap. 13. num. 6. Socus lib. 7. quest. 1. art. 1. Atragon. 2. 2. quest. 88. art. 3. Philarc. tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 21. Mirand. tom. 1. quest. 51. art. 3. &c. Quid plura, præter constitutionem Gregorii X. latam in Concilio Lugdunensi, habemus decretum de Apostatis fugitivis & ejectis, autoritate Urbani VIII. firmatum, ut videre est in Bullario, constit. 26. Urbani, quod prædictam Gregorii constitutionem innovat, explicat, ampliat, &c. additis penis in eos, qui contra tale decretum aliquid moliri præsumperint.

CAPUT XVII.

De justa compensatione.

DOCENT quoque, famulos, qui de mercede stipendii que conqueruntur, posse certis in occasionibus, tantum è bonis Dominorum usurpare, quantum arbitrantur necessarium esse, ut operæ & labori merces æqualis sit.

REFELLI-

quod licet usu contrario & desuetudine, tunc tenentur in Gallia abrogatæ esse.

Quod attinet ad Sacerdotum lapsus, castigabantur iniqui Canones illorum peccata, sed publicè propter quæ, non tantum Sacerdotes ab Altaris ministerio arcebant, sed ne Episcopis quidem ipsis peccata occultata verò peccata arbitrio & prudentiæ discreti permittebantur: videri possunt auctoritates in can. 22. & 23. dist. 5. Item can. 10. & 22. dist. 8. & quæ de cetera sunt dist. 82. de penitentia Sacerdotum, qui fornicatione, aut libidine lapsi sunt: Item apud Anton. Augustinum, qui multa ex penitentibus libris ad calcem sui compendii atrexit; deinde apud Morinum, qui eadem repetit, ad penitentiam Gallicanarum Dioceseon penitentialibus, quibus publicorum delictorum pœnæ præscribitur: si Ecclesia renovare velit prædictos Canones contra publicos Sacerdotum lapsus, Caluista hanc gravitè allententur; at propter occulta peccata, quæ licet, quæ nullam irregularitatem importent, ab Altaris ministerio ablegandos, & arcana illa videri non vulganda esse non putant. Hæc sanè à moderata accipi velim, ut flagitiis nonnullorum Sacerdotum minime patrocinentur, vel eorum multitudine approbent, qui sine vocatione legitima, quædam potius quæstus cupiditate, quam religionis studio ad Ordines protrudunt sese; non approbo etiam illorum Sacerdotum irreverentiam, qui exprobrat, quo scilicet lapsi sunt, etiam si nullum scandalum immineat, rem sacram faciunt; nullum novum inter Caluistas, qui hoc approbet; dixi, modò nullum scandalum immineat; hæc enim ratio irreverentiam excuset, in hoc, ni fallor, prudentes & piæ Consultarii dissent à Caluistis suo munere probe delinunt.

Id porro, quod non nemo scripsit, optandam esse mentem optimorum Sacerdotum copiam, qui singulis diebus incrementum sacrificium Deo offerant; sed desiderandum, si fieri posset, ut bestie, & omnes creature in Sacerdotes converterentur, ut tantam gloriam creatori suo redderent; nihil absurdum opinor, quæ se fert, pium est omnino desiderium; imò in Cantico illorum puerorum, quod Sacerdotes populo ritu, Ecclesiæ approbatione firmato, post Missam recitant, omnia Dei opera, atque adeo peccata bestie invitatur, ut benedicant Domino; nihil hæc in his, nisi sanctum & pium perspicio? At illud demum, quod opponitur de duplicato stipendio pro una Missa, ne quid in hac causâ distinemus, Resp. ex quovis ordine, quæ sacularium, quæ regularium, 300. vel 400. ab hinc annis, nonnulla docui ille, sacrificium Missæ pro pluribus oblationibus tantum illis prodesse, quantum si pro uno duntaxat offerretur; ex qua doctrina, nonnulli deduxerunt Sacerdotem egentem, pro pluribus idem sacrificium offerre posse, & multiplex stipendium accipere, quo suam tenuitatem sustentet. Hoc tamen commiserit à Theologis reicitur, & usus illius opinor ab Urbano VIII. singulari decreto prohiberi facit; quippe quæ fidei publicæ repugnet, & in obsequio multis: adde sis injustitiam, quando quædam is, qui plura stipendia pro una Missa accipere, nullum stipendium excederet: præterea cum quædam, de singulis Missis pactus est, igitur plures negotiationes contraxit; usus demum Ecclesiæ & communis fidelium sensus contrarius est; neque quæ ubi darent stipendium, si scirent, te jam esse operum. Vide Gibalinum de Simonia, quest. 18. multos citat, scilicet Cordub. Suar. Angel. Mi-